quæ nec etiam ante obitum expectanda, exoptandave est. hinc quoque illud pro-
tium diverbium fama bona præsentis indicium mortis est.

Verum nullæ preces, nulla Lynceorum argumenta Cæliuagum aut latum quidem unguem à antiqua obtinendi Lyncealitatem opinione removere potuerunt, inclamabant minas ambo Lyncei parentum, inclamabant suspiciones, narrabant quæ Romæ audiverant partim, partimque viderant sed nihil eum terrere potuerunt nec verba nec exempla, volunt persuadere obstinatum hoc primum sustinendi exordium Christianum dixit et æternam Lyncæis parare gloriam, hoc sustinendi in cæteris quoque ordines in magnos cœtus excrevisse videbat, tandem tristissimo amoris vinculo ne quisquam hac iniuria occideret orabat tam elegantibusque verborum ornatu ut unumquemque ad suam opinionem non pellexerit sed coegerit, petijt enim an unicum illi saltim promittere vellent ambo quod petiturus ab ijs esset, ipse vel quis omnibus ipsorum postulationibus modo huic non adversarent, sententiam quam vellent subscripturum pollicebatur, quod concessum ei fuit. Peto igitur ait ut leges omnes Lynceas immutabiles deinde servatis, sed hoc iam pollicitos nec negari mihi potest, peto saltim ut posthac quæ acta omnia oblivioni tradatis meam in gratiam ne ulterius nobis accidat incommoda ego omni rerum et genere ambo. Profecto his auditis licet perturbatæ essent eorum mentes et multis ambagibus circumducere responsionem quærerent, cogebantur tamen tandem eius petitioni assentire, et novis præterea Lynceorum præceptis iurare, itidemque alia promittere, Sequenti die conscripta fuit constitutio ibique retractata plurima quæ ad recollectionem, unionem, conservationem et dilectionem Lynceorum spectabant, similiter singulorum dotes examinati, diligenterque inquisitum quo pacto et singuli et omnibus simul in benevolentiam revocari possent, Et quoniam Romæ promissum erat à quod parentis pro Illuminato et Ecphratico Cæliuagum se reducem acturos hoc primo omnium flagitarat, cuique petitioni in parenti magis quam Lynceorum gratiam consensit, Maxime enim volebat parentibus obedire et semper virtute inter cæteros ita præcelluit ut sine parentis licentia nihil unquam vel minimum gerit, hac vice saltim quamquam partem concessit non ut obedientiæ illorum renitteretur sed ut multis obviaret quæ imminere videbantur in urbe ruinis, quamvis bellorum [illegible] ribus iuventibus id adhuc non omnino consideret, principes utrosque perpetuo maiorem animum partem his magis vedibus el [illegible] accommodant. Statuit igitur primo reditum Cæliuagus inde pro rebus Lynceorum tranquillitatem ex parentum sollicitationibus promisit, hæc si ita se haberet tuta omnia futura, sin minus vel ipsum quietem postulaturum vel demo cum Lyncæis extra urbem recessurum, sive ad sua oppida sive in alio propinquo urbi loco, Eam consolationem receperunt Lyncei et sequenti die Tibure se restituerunt sperantes ex sententia successura propositum, vel saltim stabilita-

Sanctio